



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Quomodo dolor, amor, fiduciaq[ue] ad Deum simul crescunt. Can. IV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

CANON IV.

Inde fit vt crescant simul & dolor suus contritio de peccatis, & amor fiduciaq; erga me. Tanto enim vnusquisque hoc modo magis dolet, quod offendit me, quanto plus amat me: & quanto plus dolet de peccatis, quanto ve plus amat me, tanto etiam fiduciam spernitq; venit maiorem concipit de me. Porro hæc tria, quanto vigent amplius, tanto efficacius efficiunt vt simul & peccati macula & pœna peccatis debita deleantur. Anima enim pœnitens postquam bonitatis meæ aliquam noticiam gustumq; susceperit, considerans quod ad eum sim bonus, ad eum misericors, quod denique ad eum non improprio nec imputo peccata, vt non solum illa dimittam, sed pœnitentem etiam perinde ac iustum, hoc est, vt eum qui nunquam peccauit, in gratiam & amicitiam meam recipiam, consolor & dona largiar: hæc inquam, anima pœnitens dum meditatur, suo ex lapsu quoque occasionem sibi acquirit maioris feruoris & gratitudinis erga me, & odij displicentiaq; contra seipsam, irascens sibi ipsi ac detestans se, quod tam benignum contempserit DEVM: qui cum iuste possem & damnare & perdere, e conerariò parco, consolor & benefacio: Eam ob rem quanto me sentit erga se magis misericordem, tanto maiori zelo mouetur iustitiæ contra seipsam, quasi pro me vindicare cupiens in se contemptum mei. Atque idem non solum veniam de peccatis petit & reconciliationem, sed ad honorem iustitiæ meæ desiderat etiam pati, humiliari ac puniri, quod se contra me impiè erexerit. Inde contingit ei, vt quanto plus à me sentit se consolari, tanto magis indignitatem suam horreat ac detestetur, doleatq; suorum enormitatem peccatorum, & indignetur, admirans quod tã ingrata esse possit mihi. Huius animæ (quæ ad hunc zelum venit, puta vt non minus diligit meam in se iustitiam, quam misericordiam) peccata absorbentur, vt in camino ardenti aquæ gutta solet absorberi. Igitur inter omnia pœnitendi genera non potest esse melius, quàm continue considerare, meam charitatem ac fidelitatem immensam erga se, simulq; suam è diuersò infidelitatem, ingratitude & peruerfitatem erga me.

Anima peccatrix vt Deum amare incipiat.

Genus pœnitendi optimum quod sit.

De scrupulis iterandæ confessionis, exercitium item peccatricis, sed conuersæ animæ cuiusmodi fore debeat.

CANON V.

Solet autem diabolus circa pœnitentiæ luctum, & circa alia omnia, pœnitentibus serpens invidiosus ponere, vt plerique efficiantur scrupulosi, iterum atq; iterum eadem confitentes, nec ad tranquillitatem aliquam possint aliquando venire, sed de confessionibus suis omnibus diffidunt, dum circumstantiam semper aliquam vel peccatum inueniunt neglectum, cuius in priori confessione non fecerint mentionem, vnde ad cōfitemdum denno compellantur. Hi semel vna generali confessione facta, debent hæc inquietudinem irrationabilem omnino posthabere. Neq; enim hoc desidero, neq; placet mihi, vt tu verberis semper & inquieteris in retoluendis peccatis tuis. Quin potius projice te in me, & ego liberabo te. Nã si mille annis teipsam scrutari volueris & confiteri, haudquaquam mundaberis. Quando enim exhaures abyssum? Mihi ergo te committe, postquam semel omni diligentia conatum expenderis tuum ad confitenda singula peccata tua. Dimitte mihi, vt habeam quo tibi propitius. Cognosce quod teipsam mundare nequeas.

In scrupulis iterandæ confessionis quid faciendum: Iob. 9.

Ric, quod egeas misericordia mea. Confitere, quod vnum pro mille mihi non

M m m 2 suffi.